

*109. Instrumentum inventarii
della chiesa di S. Michele*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*109. Instrumentum inventarii
della chiesa di S. Michele*

1418-02-20

(c. 122v) In nomine Dei eterni salvatoris nostri Iesu Christi et individue Trinitatis, beate Marie virginis et arcangeli Michaelis, sub anno Domini millesimo quatricentesimo decimo octavo, regnante serenissima domina Ioanna secunda Dei gratia Hungarie, Hierusalem et Sicilie, Dalmatie, Rame, Galitie, Servie, Ledomerie <sic>, Comanie, Bulgarieque regina, , Provincie, Ferqualcherii <sic> ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno quarto feliciter amen et sub presidatu Santissimi in Christo patris et domini domini Martini divina providentia pape quinti, noviter divina inspiratione in constantia celitus et divinitus ordinati, cessante in Urbe undique nefario sismate <sic> olim tanto retroatto tempore prefigente et undique in evi partibus resilito die vicesimo mensis februarii, undecime indictionis, in civitate Potentie et intus ecclesiam Sancti Michaelis civitatis eiusdem.

1

Nos notarius Ciccus de Inganulo de dicta civitate Potentie, Principatus citra serras Montorii et Basilicate ad contractus iudex, Antonius Mordente de Laurino civis civitatis Potentie, puplicus ubique per provincias Terre Laboris et comitatus Molisii Principatus citra , et ultra serras Montorii, et Basilicate reginali autoritate notarius et subscripti testes litterati et inlitterati ad hec omnia infrascripta vocati et rogati, tenore presentis puplici instrumenti inventarii fatemur, notumfacimus et testamur quod nobis qui supra iudice, notario et subscriptis testibus personaliter accersitis, vocatis et constitutis ad dictam ecclesiam Sancti Michaelis ad postulationem, preces et instantiam clericorum
Così S per electi

et archipresbiteri ac prostrorum <sic> et diaconorum dicte ecclesie Sancti Michealis et collegii ipsius congregatorum ibidem in unum ad sonum campanelle // (c. 123r) et illorum nemine discrepante, quorum nomina et cognomina infra et seriusius particulariter et specificè describuntur videlicet: archipresbiter Iulianus Fariolus, donnus Antonius de Tito, donnus Leonardus de Occhibili, donnus Nicolaus de Porta pioster <sic>, donnus Nicolaus de Ricillano, donnus Antonius de Venusio, donnus Nicolaus de Martino, donnus Antonellus de Zaula de Padula, donnus Angelus Zappa, donnus Ioan(n)uans de Quatuor Oculis, donnus Leonardus de Tito, donnus Calvans de Alma pioster <sic> et donnus Angelus Porcarius, diaconus Loysius Portarius <sic>, diaconus Nicolaus de Germine, subdiaconus Antonellus de Sacconetto, subdiaconus Bartholomeus de Paracampo, subdiaconus Angelus de Mazarella et subdiaconus Angelus de Grossiis, ipsi quidem archipresbiter, clerici et prostr(i) <sic> qui supra ac diaconi et subdiaconi asseruerunt pariter coram nobis et cum instantia comuniter postulaverunt de bonis omnibus stabilibus atque terris, domibus, casalenis atque ortis dicte ecclesie Sancti Michaelis sistentibus, tam intus dictam civitatem quam ubique in eius territorio et pertinentiis, pro comodo dicte ecclesie et <quod> ipsa pro nullo tempore non fraudetur, nec per presentes clericos vel futuros seu quosvis homines et personas alias civitatis, velle puplicum inventarium facere et sollemniter pariter in nostri presentia celebrare iuxta seriem et tenorem cuiusdam mandati eis infrascriptis facti per venerabilem in Christo patrem fratrem A<ndream> de Berlangerio de Neapoli, postulatum Potentinum et procuratorem ac gubernatorem ibidem

seu in dicto episcopatu de reginali mandato, prout iura canonica exigunt et requirunt; quod mandatum // (c. 123v) vidimus, legimus et publice inspeximus diligenter et erat tenoris et continentie subsequens: (si veda doc. n. 107). Quo quidem mandato recepto, reverentia debita per archipresbiterum ipsum et clericos alios supradictos et illius sagaciter per ipsos intellecto tenore, pro statu bonorum ecclesie supradicte et inlesione ipsius, clerici, p(riostri)i // (c. 124r) et archipresbiter qui supra volentes in hac parte, ut tenentur, conditionem et statum dicte ecclesie Sancti Michaelis Arcangelii iuxta eorum scire et posse facere meliorem et indemnem, ut bona ipsa pro aliquo presenti et futuro tempore ex mala provisione clericorum prenominatorum presentium et pariter futurorum successorum, sp(i)r(itu) alicuius ambitionis, cupiditatis et avaritie pro aliquo tempore, colore doli, malignitatis et fraudis in damnum et preiudicium dicte ecclesie quomodolibet venderentur et nullum ipsi ecclesie commodum resultaret et ipsa ecclesia fortasse decepta et vacua remaneret in preiudicium animarum illorum clericorum et aliorum futurorum qui permicterent super dictis bonis ecclesiasticis iniquam et reprobam lesionem et ut nulla in dictis bonis in presenti puplico inventario ascribendis pariter et ascriptis posset interesse falsitas, dolus et questio aliqualis unde valerent bona et res dicte ecclesie aliququaliter deperiri, diminui, subtrahi vel fraudari et pro nullo tempore super illis fraudulose ac malitiose per nullos homines et personas dicte civitatis Potentie vel alios undecumque succedat altercatio vel questio aliqualis, et ut cessent iurgia, lites fugiant et discordie procul cessant, actores iurium provisoria remedia libenter aperiunt <et que tenebrosis effugatis ambagibus precuntas fovenda

claritas procurata constant et oportuna dispositione laborant› inter cetera siquidem ex divina gratia, humana vero exquisiitione comperta, rerum et bonorum stabilium ecclesiarum, potissime quarum, summa cura, bonorum clericorum mortalium, sunt descriptionis in precipuis laudibus extollenda noscuntur, que reddentes singulis quod est suum fructum iustitie pariunt, omni tempore valiturus, et exinde rationalis // (c. 124v) ordo est precunctis omnibus comendandis et maxime cum disparia paribus aiunguntur et datur singularitas unicuique rei que defectu negligentie sive fraudis non potest quomodolibet deperiri; ymo elucessit veritas cum ratione mista cum in exemplacione inventariarum terrarum et bonorum singulorum ecclesiarum atque locorum, ascribuntur singula et alia que scribenda sunt, ut pro ipsis ecclesiis non perdantur, nec ab illarum presidentibus seu clericis non fraudentur in preiudicium presidentium clericorum; horum igitur considerationis intuitu et ignate <sic> virtutis instintu venerabilium virorum predictorum archipresbiteri et suprascriptorum prenominatorum omnium clericorum ecclesie memorate et de dicto speciali mandato infra et seriusius <sic> posito et ascripto in prefata ecclesia Sancti Michaelis, diligentissima informatione prehabita de bonis stabilibus et iuribus suis eiusdem ecclesie, prout oportunitas exigit, coram nobis qui supra iudice, notario et testibus subscriptis presens inventarium publicum facientibus, vocatis et requisitis sollemniter et legitime tam universitate quam hominibus singulis et personis dicte civitatis Potentie ac in ea de ipsorum hominum requisitione et prenominatorum clericorum optenta licentia, ordinatione et mandato Antonii Zappe m(agistri) iurati civitatis eiusdem, ut iura permictunt, per

oportuna loca et in platea puplica illius voce preconia puplice sepius divulgata, ad vocem preconis itaque venit ad noticiam singulorum quod si quis vel si qua exinde sua interesse // (c. 125r) putaverit, compareat coram eis in loco puplico vel in dicta ecclesia infra decimum vel decem dies per substationem eandem audituri descriptionem eandem et predicti inventarii puplici publicationem et declarationem et allegaturi, si quid in contrarium voluerint allegare, dicere et opponere contra dicta bona ecclesie in dicto inventario puplice posita legitime et ponenda predictoque de ipsorum clericorum ordinatione et mandato oretenus facto per virum nobilem Paulum de Angelo de Neapoli reginalem capitaneum dicte civitatis Potentie tam in requisitione prefata et banni ac dicti banni emissionem ut predicatur puplice subastata ac facta ut predicatur ad vocem preconis, quam in divulgatione ipsa per totum predescriptum decemnium nominatum et distinctum in banno ipso emisso et divulgato non comparuerint vel comparuerit coram eisdem clericis et predestinto postulado qui supra Potentino vel vicario sui parte ordinato et allegaverint si quid in contrarium iuris aut facti preponerent, dicere vel allegare voluerint contra inventarium puplicum supradictum bonorum omnium ecclesie stabilium memorate, preclusa eis ad hec via et de mandato prefati capitanei, elapso ipso decemnio <sic> et termino dictorum decem dierum; nullatenus in eorum iuribus audientur clerici ipsi prenominati superius et specificè annotati ecclesie supradicte et de bonis omnibus stabilibus, terris, domibus, ortis, casalenis, ortalibusque, vineis, redditibus atque censibus sistentibus in territorio dicte civitatis et intus in eandem ac quibuscumque omnibus stabilibus coram

nobis predictis iudice, // (c. 125v) notario puplico et testibus subscriptis inventarium ipsum puplice facere diligenter ac fideliter procurantur prout de ipsorum bonorum stabiliū ipsius ecclesie cum eorum locis et confinibus <qualitas et essencia> ac confinitas illorum infra notata particulariter scribitur et narratur. Et primo ecclesia ipsa Sancti Michaelis Arcangeli seu clerici ipsius t(antu)m, et non diaconi vel subdiaconi, coram nobis predictis iudice et notario et testibus subscriptis prius per eos prestito corporali ad Sancta Dei Evangelia debito iuramento et sine cavillatione et fraude, absque preiudicio alieno dixerunt habere, tenere et nomine dicte ecclesie iuste et rationabiliter possidere in dicta civitate Potentie et eius territorio domos, vineas, casalia, ortos et terras laboratorias, cultas et incultas, particulariter infrascriptas, videlicet: domum que fuit quondam Fraselle in parochia dicte ecclesie cum confinibus suis, scilicet iuxta rugam puplicam et quintanam puplicam et muro <comuni> cum domo Sachinetti et Roberti de Quatuor Oculis; domum que fuit Sagesii, iuxta rugam puplicam, quintanam pluvialem cum Bonavolla et Colecta Gatto et retro iuxta domum aliam ecclesie muro mediante comuni; domum que fuit Petri de Urso iuxta cimiterium dicte ecclesie et ipsam ecclesiam iuxta domum Colecte de Zalco mediante muro et quintana pluviali cum forcella; domum que fuit Antonii de Arvena iuxta cimiterium dicte ecclesie, rugam puplicam et domum Ioannis Ritenate mediante muro; domum unam que fuit quondam Flamenge, iuxta domum Antonii Sonecti muro comuni mediante, quintana vicinali et iuxta murum civitatis ac iuxta quintanam pluvialem cum donno Nicolao // (c. 216r) de Ricillano; vineam unam quam tenet suam donnus Antonius de Venusio, de

qua reddet pro censu annuatim predicte ecclesie tantum tarenos duos cum dimidio; item Petruans de Quertio tenet vineam unam suam in contrata Sancti Iacobi et reddet ipsi ecclesie pro censu quolibet anno tarenos septem; item Petruans <sic> de Guercio tenet in eadem contrata pastinum unum quem fecit quondam dominus Riccardus, de quo reddet pro censu illius quolibet anno ipsi ecclesie tarenos decem; item ortum unum sancti Iacobi iuxta portam de Amingdula, iuxta ortum Sancti Girardi et ortum Sancti Lazari limite comuni mediante cum sambucibus, qui conducitur annatim per clericos ipsos, iuxta quod poterint convenire cum conductoribus illius iuxta temporis qualitatem; item unam Sancti Iacobi et an(te) portam Salsarii mediante fossato et ab alio latere iuxta terram Sancti Honofrii limite comuni et ab inferiori parte iuxta viam vicinalem qua itur ad vineas Franzoni de Sabaristo et Sancti Laurentii; item vinem unam que est Girardi de Fina in contrata Mendaroli, de qua nomine census reddet ipsi ecclesie annuatim tarenum unum et grana duodecim; item ortum unum in Destro, iuxta ortum Sancti Girardi et ecclesie Trinitatis, limitibus comunibus mediantibus, qui est dicte ecclesie cum medietate sambucuum in ipsis limitibus sistentium; ortum unum cum puteo qui fuit dompne Flamenge in loco Destri, iuxta menia civitatis, iuxta ortum Sancti Girardi et ortum donni Comini ab alio latere, limitibus comunibus cum sambucibus; item casile unum quod fuit quondam Guresii in // (c. 126v) parochia dicte ecclesie, iuxta rugam puplicam et iuxta quintanam puplicam a duabus lateribus; item aliud casile dicte ecclesie ibidem cum confinibus ruge puplice et casile Angeli Paracampi et alios confines; item ortum unum qui fuit quondam Petri de Urso in loco iuxta Santam Luciam, menia civitatis et

ortum Russi Zaramelli; item Coletta de Arvena tenetur dare ecclesie et solvere annuatim pro censu domus sue grana quindecim; item pastinum unum qui est Sancti Iacobi situm et positum in contrata Sancti Iacobi, iuxta pascherium Montis Sancti Antonii, iuxta lavinarium Porte seu Montis Sancti Antonii, iuxta lavinarium fontis Porte Salse et iuxta vineam Franzoni limite comuni mediante et ab alio latere iuxta quintanam, qua itur ad Merdarolum, qui reddet annuatim ipsi ecclesie pro censu tarenos septem et medium; domnus Nicolaus de Alma tenet yschitellum ecclesie supradicte cum salicibus seu sileribus iuxta Merdarolum et terrenum ipsius domni Nicolai supra distincti; item vinealem unum in contrata Cicinelli prefate ecclesie iuxta vineale Prezaboschi desuper, iuxta viam puplicam qua itur ad Cicinellos et ab inferiori parte iuxta vineam Rogerii de Abriola et a pede confinat cum terra Sancti Antonii limite comuni; item pastinum unum in contrata Destri, quem tenet Andreas de Balenzano, iuxta vineam domni Nicolai de Ricillano mediante sepali, iuxta vineam donni Cicconi mediante sepale et ab alia parte iuxta terram Linardi de Gargario limite // (c. 127r) comuni et cum via qua itur suptus dictam terram dicti Linardi, qua vadit et exit ad viam de palmitis et limite comuni, ab alio latere, cum notario Cicco et Gasparro de Apretio, redditur annuatim ipsi ecclesie tarenorum trium <sic>; item casalenum unum quod fuit Petri de Urso, iuxta domum Petri predicti et est ipsius ecclesie, iuxta domum Bonavalle mediante muro; item macelam unam que est pro indiviso cum quondam Girardo Cortesio ubi dicitur la Valle dicti Girardi, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet quondam iudex Meulus et a secundo latere tenet predictus Girardus mediante vallono; item petiam aliam terre que est in

contrata Tore, cuius fines sunt hii videlicet: a primo latere tenet Nicolaus de Oppido, limite comuni; a secundo latere est vinea Marini de Brundusio, a tertia parte tenet ecclesia Sancti Antonii limite comuni, et si qui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum trium. Item petiam aliam terre que est in contrata de Cicinellis, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet Girardus Cortesius, a secundo latere tenet Bartholomeus de Atella, a tertia parte tenet prelibatus iudex Meulus limite comuni et sunt in eadem terra de nucibus pedes quinque, capacitatis in semine thumulorum octo. Item petiam aliam terre in contrata Tore que fuit cambita cum abbatisa monasterii Sancti Lazari, que vocatur soror Iacoba, cuius fines sunt hii: a primo latere est via qua itur Vineolam, a secunda parte tenet ecclesia Sancti Luce et a superiori parte quintana de Blangro et inferiori parte est aqua Tore. Item petiam aliam terre // (c. 127v) que est in contrata Fontana de Sambuco, cuius fines sunt hii: a primo latere est maccla Nicolai de Vitellis, a secunda et a tertia parte tenet iudex Meulus circumdatam limite comuni, a quinta parte est via puplica et quedam alia terra Sancti Michaelis et alii sunt confines, que quidem terra laboratoria cum costa est capacitatis in semine thumulorum decem. Item petias duas terre coniuntas, que sunt in eadem contrata Fontis de Sambuco a parte superiori, cuius fines sunt hii: a primo latere est via puplica; a secundo latere tenet Ioannes de Offiza, a tertia parte tenet Rogerius Gambonus et a quinta parte tenet ecclesia Sancte Marie de Bandito, circumdatas limite comuni et si qui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum quindecim. Item peciam aliam terre laboratorie que est in contrata Mendaroli, iuxta portam Canonicam, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet quondam Girardus Cortesius, a secundo latere tenet

quondam notarius Iacobus de Stampis, a tertia parte superiori est via publica et alii confines, capacitatis in semine thumulorum quatuor; item petiam aliam terre que est in eadem contrata cuius fines sunt hii: a primo latere tenet ecclesia Sancti Laurentii mediante via publica; a secundo latere est vallonus Merdaroli, a tertia parte tenet prenominatus Antonius de Amendola, a quarta parte tenent predictus quondam Girardus Cortesius et notarius Iacobus de Stampis et predicta ecclesia Sancti Michaelis mediante via publica et alios confines, capacitatis in semine thumulorum septem. Item petiam aliam terre que est in contrata Merdaroli, cuius fines sunt hii: a primo latere tenet prenominatus Antonius de Amendola, a secundo latere est vallonus // (c. 128r) predictus, a tertia parte est via publica et si qui alii sunt confines, capacitatis in semine thumulorum duorum. Item petiam unam terre in contrata de la Tora, iuxta viam publicam Tore qua itur ad Marinam Titi, iuxta vallonum Tore, iuxta terras que fuerunt quondam Cabutilli mediante cursu aque et limite comuni a superiori parte, iuxta terram notarii Nicolai Cortesii et iuxta vallonem Castaneli. Item petiam unam terre que fuit quondam Raynaldi Stampe in contrata Sancti Helie ubi dicitur la Valle di messere Maza, iuxta terras Sancti Helie limite mediante desuper et supter et mediante cursu aque cum terris heredum quondam Antonii de Balba et a superiori parte iuxta terram Antonelli de Stampa, de qua terra debetur missa una pro qualibet hebdomada pro anima Raynaldi predicti per clericos prefatos et successive futuros. In quibus quidem domibus, poxessionibus, vineis atque terris superius ascriptis, particulariter et specifice annotatis ecclesie Sancti Michaelis predicte, non habent partem nec episcopus nec diaconi vel subdiaconi, sed sunt beneficia

de missis dicendis per clericos supradictos, presentes et alios successive futuros etc. Infrascripte domus dicte ecclesie Sancti Michaelis que tenentur per infrascriptos homines et personas civitatis Potentie separatim et divisim sunt posite e[t] nominate et scriptis <sic> ab aliis predictis et notatis poxessionibus suprascriptis, que sunt specialiter reseruate per dictos presbiteros tantum pro reparatione ecclesie supradicte, scilicet pro ornamentis, campanis, paramentis et calicibus quantum oportunum esset et necessarium ecclesie supradicte, sint domus ipse vendende pro causis predictis expressis et non aliter pro aliqua quavis causa per prefatos clericos vel futuros // (c. 128v), videlicet: domum que fuit quondam archipresbiteri Angeli de Diano, sitam et positam in parochia Sancti Girardi, quam tenet Cola magistri Lippi iuxta ecclesiam Sancti Stefani, iuxta rugam puplicam a duabus partibus muro comuni mediante cum domo m(agist)ri Nicolai de Barulo et cum domo Nicolai de Iannello; item domum aliam similem que fuit dicti archipresbiteri, quam tenet Ioannes de Abriola sitam similiter in dicta parochia Sancti Girardi, iuxta casile dicti Ioannis, iuxta quintanam pluvialem cum dicto magistro Nicolao et iuxta quintanam qua itur de Porta Buzarie, redditus tarenorum quatuor annatim; item domum unam aliam que fuit quondam Nicolai Gamboni in lacu iuxta aquam puplicam, iuxta muros seu menia civitatis et iuxta domum unam notarii Cicci mediante quintana pluviali et alios confines. Et quacumque ex confectione et descriptione prefati inventarii aliqua posset ambiguitas resultare, nullus non meretur, nec dannet eundem quam propter nonnullas declarationes et hinc in se factas clarius <super> supradictis terris et territorio et confinibus earundem que quidem ad presens

dirimata esse videntur non potuit ad presens aliter ipsius inventarii veritate previa descriptio celebrari; et asseruerunt predicti prenominati clerici, archipresbiter et priostri quod presens inventarium factum est sollmniter et legitime per eos et de mandato electi et postulati episcopi et procuratoris cuius supra ad cautelam ecclesie prelibate pura et bona fide, sine malitia et malignitate aliqua et pro testatione premissa per eos et quemlibet eorundem, quod si contingit eos tractu temporis plura alia bona dicte ecclesie inveniretu <sic> in civitate predicta et territorio ipsius vel alibi quod <non> continetur et scripta sunt in presenti inventario // (c. 129r) seu predicta aliter se habere quod possint et eis liceat in presenti inventario addere, ponere et melius declarare ac predictum inventarium conficere, reformare seu alium inventarium seu inventaria ad opus ecclesie de novo conficere de eisdem, quatinus conceditur et permittitur eis a iure. Insuper protestati fuerint quod cum sint iuris ignari, si forte in presenti inventario deficere aliquid appareret quod non contingit ex dolo vel culpa, sed ex simplicitate, quod ex hoc eis nullum preiudicium generetur, nec bonis ecclesie prelibate, sed possint et valeant, si expediens fuerit, omne in eo supplere defectum ex quoque notabiliter fieri debent specialiter denotentur videntur esse neglecta. Quibus sic peractis coram nobis ad requisitionem et preces clericorum omnium dicte ecclesie predictorum, pro cauthela eorum et ecclesie supradicte et omnium aliorum clericorum, diaconorum, subdiaconorum et aliorum quoruncumque in posterum successorum in ecclesia ipsa notata, quorum exinde interest et in futurum poterit interesse, factum est exinde de dictis terris, domibus, vineis, ortis et casalinis, redditibus sive censibus ecclesie supradicte

presens publicum inventarium per manus mei predicti
notarii, signo meo solito signatum, signo et subscriptione
mei qui supra iudicis et subscriptorum testium signis et
subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

Così S per seriatim

Così S per Iohannucius

Così S qui, in seguito Colucius

Si veda doc. n. 107 nota 1

Così S per? auctoribus

Così S per provida

Così S per? apponuntur

*inter-deperiri periodo a tratti poco chiaro per via di probabili
errori di trascrizione*

Dubito della lettura

Così S per predictorum

Così S per decimum

Così S per de ipsis bonis stabilibus

16

14

15

16

17

18

19

20

21

22

Quod scripsi ego idem Antonius Mordente qui supra notariusne gestorum memoria pereat et oblivio temporis inducatur, quod premissis omnibus et singulis vocatus et rogatus interfui, ipsumque solito et consueto signo signavi, conservandum et custodiendum fideliter per clericos predestintos ad opus et commodum dicte ecclesie // (c. 219v) Sancti Michaelis et aliorum in illa omnium futurorum propterea clericorum. (SN) Ego qui supra notarius Ciccus ad contractus iudex Ego Gaspar de Aprutio testis sum Ego Franciscus de Asthis testis sum Ego Bartholomeus de Doppido <sic> testis sum Ego notarius Thomasius Strambus

Probabile salto in S

Così S per Petruccio de Guercio

Probabile salto in S

Così S per maclam

Così S per sancti

Così S per Mendaroli (dal contesto geografico)

Così S per Mendaroli (dal contesto geografico)

Così S per Matinam

Così S per loco?

interfui et me subscripsi Ego Nicolaus de Oppido testis
sum Ego Gaspar de Inganulo testis sum Signum
crucis proprie manus Antonii Peraboschi magistri iurati
Potentie testis qui interfuit scribere nescientis Signum
crucis proprie manus Antonii de Vitellis testis idiote
qui interfuit scribere nescientis Signum crucis proprie
manus Colecte de lo Gacto testis qui interfuit scribere
nescientis Signum crucis proprie manus Bartholomei
de Gatto testis qui interfuit scribere nescientis Signum
crucis proprie manus Angelilli de Quatuoroculis testis
idioti qui interfuit scribere nescientis Signum crucis
proprie manus lo Zampo testis idioti qui interfuit scribere
nescientis Signum crucis proprie manus Antonelli de
Mazarella testis idioti scribere nescientis qui interfuit//
(c. 130r) Signum crucis proprie manus Petrucii de Ansia
testis qui interfuit scribere nescientis Signum crucis
proprie manus lo Lino testis idiote qui interfuit scribere
nescientis

23

24

Così S, in docc. coevi Prezabosco
Così S qui, nel doc. 110 Zampa de Magnafera